256

**Brzoski** **Debitum**

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Branscensis personaliter comparens Nobilis Joannes filius Alberti Brzoska, sanus mente et corpore tenens foro suo proprio terrestri recedendo et huic se incorporando publice recognovit. Quia Nobilibus Jacobo et Mathiae Brzoskom et ipsorum legitimis successoribus tenebatur estque debitus pro aedificijs [illegible] sibi per patrem nomine eorum resignatis summam [illegible] florenorum polonicalium. Quam quidem summam idem recognoscens [illegible] Creditoribus suis et in eventum mortis illius legitimis successoribus pro festo Sanctae Margarethae in anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Tertio proxime futuro parata pecunia solvere de omnibus bonis cum successoribus suis submittit sub vadio simili aliorum viginti florenorum pollonicalium. Et coram officio praesenti Castrensi Branscensi perempta ratione et satisfactione omnibus in universum juris remedijs et defensis legumque impedimentis de jure concessis sibi et successoribus suis uti abstinendo. Sub amissione fidei boni et integrae [illegible]

**Brzozowsky** **Obligatio**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Branscensis personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Joannis de Brzozowo antiqua filius sanus mente et corpore tenens a foro suo proprio terrestri recedendo et huic se incorporando palam recognovit. Quia Nobili Petro filio Mathiae Brzozowsky et ipsius legitimis successoribus bonorum in haereditate Brzozowo antiqua sitis duos sulcos ex adverso stratae Passionis Christi ad granicies Antoniowska inter mellas Jacobi Brzozowsky et Egidij Perka iacentes cum omnibus utilibus attinentiis in duabus seragenis obligavit et inscripsit. Quitum illi eximere non debet nihil. Pacem quoque evictionem et eviccionem ab omnibus impedimentis juridicis cavet sub vadio sibi. Pro quo litteris eius [illegible] coram officio praesenti absque universitatis juris remedijs perempte radere se submisit. Et praesentem inscriptionem ex libris actis acceptam ad acta terrestria semia [illegible] absentia transferre consensit.

**Tworkowski** **Demissio**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Branscensis personaliter comparentes Nobiles Albertus et Paulus filij olim Nicolai Wroblewski sani mente et corpore